UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Avgvstae Tavrinorvm, 1578**

Officio omnium iudicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library

ſciendum. Et ex verbo ſtatuẽdæ, colligit Bar. ꝙ ſtatuta facere, eſt iuriſdictionis ordinariæ: quia cui competit diffinitio, & diffinitum, ſecundum Bartol. Sed Ray. dicit contrarium, quia non omnes populi habent iuriſdictionem, nec locum publicum cauſarum. ff. de exc. tut. l. ſi duas. §. dictum. & tamẽ poſſunt adinuicem ſtatuere de ſuis negotiis, non de iure publico, niſi à ſuperiore confirmentur. C. de teſta. l. fi. Non obſtat uerbum ſtatuẽdæ: quia præcedit verbum de neceſſitate ſtatuti: & ſtatuta non fiunt de neceſſitate, ſed ſponte. ergo facere non competit iure magiſtratus ſeu iuriſdictionis: ſed magiſtratibus ſic. Bald. Sed an iſta diffinitio ſit uera in uoluntaria: iuriſdictione, dic quod ſic ut reſpectu litigatorum dicatur uoluntaria ſed reſpectu iudicis eſt neceſſaria. ff. de off. procon. l. 2. per G. in auth. de quæſtore. §. ſuper hoc. G. ¶ Subrogatus ad uniuerſitatem cauſarum habet iuriſdictionem ordinariã: ſecus ſi ad certa, ſcilicet talis populi. ¶ Superilluſtres ſunt papa & Imperator, conſul & patritius. ¶ Illuſtres ſunt præfectus prætorio Orientis, Illyrici, Affricæ, Vrbis, & quæſtor candidatus. ¶ Spectabiles ſunt magiſtri militum, prætor, præfectus uigillum, proconſul, præfectus Auguſtalis, præfectus Aegypti, Vicarius, & Dux, Comes rerum priuatarum, Comes Orientis, & non alij Comites. ¶ Clariſſimi ſunt Comites Italiæ & Alemaniæ, præſes prouinciæ: ſed magiſtratus municipales & alij pedanei non ſunt clariſſimi. G. ¶ Poteſtates terrarum non habent merum imperium de iure communi: ſed preſes prouinciæ: ſed de conſuetudine & vſurpatione ſic. Vnde membra mutilare, & damnare ad mortem, habent ex vſurpatione, non de iure. ver. ergo poteſtates. Quidam habent hoc per priuilegium per pacem Conſtantiæ: ut no. in Auth. de defen. ci. §. & agi apud defenſores. in fi. magnæ gl. Hanc tamen præſcriptionẽ poteſt reuocare princeps, quandocunque vult: quia contra abſolutam principis poteſtatẽ pōt præſcribi, & omnis conſuetudo pōt ab eo caſſari. de conſti. c. 1. ff. de ſepul. vio. l. 4. §. diuus. & in Auth. nauigia. C. de ſer. fugit. cum ſimilibus. ¶ Si poteſtas condemnat aliquem ad mortem, an iſte efficiatur ſeruus pœnæ. Videtur ꝙ non: quia non poteſt alicui adimere ciuitatem vel liberttatem, ff. de off. præ. l. illicitas. §. qui vniuerſas. Præterea iſte condemnatur ex forma ſtatuti: & ſtatutum non dicit, quod iſte efficiatur ſeruus pœnæ, ergo, &c. Nam quod omittitur à ſtatuto, pro omiſſo eſt habendum: vt not. Cyn. C. de hære. inſti. l. 1. Præterea nos, uidemus, ꝙ bona non confiſcantur: quod fieret, ſi moreretur ſeruus pœnæ. Vlterius nemo hodie bene natus ex condemnatione fit ſeruus. Et hoc ſequitur, quòd valent teſtamenta iſtorum: quia ſunt liberi, & retinent bona. In contrarium videtur: quia ſnia ſtatim facit dãnatũ ſeruum. ff. de pœnis. l. qui ultimo. & l. quidam. ergo non valet ſuum teſtamentum. Et hoc eſt verum de iure, quia lex, non iudex, facit eum ſeruum. argu. de rit. nup. l. palam. in fi. tamen ſi de conſuetudine eſt, quod eorum teſtamenta ſeruentur, ualet teſtamentum, cum etiam ſeruo lex & conſuetudo poſſit concedere teſtandi licentiam. arg. ff. de offic. prętor. l. Barbarius. in fin. & C. de his, qui. ut indi. l. pen. Et prædicta uera de condemnatis præſentibus: ſed abſentes condemnati ex forma ſtatuti non fiunt ſerui, niſi demum capti. tunc enim quaſi ab hoſte capti incidunt in ſeruitutem. Nam ſententia in eos fertur hoc modo. quòd ſi quo tempore peruenerit in fortiam communis, &c. de re iud. c. paſtoralis. in cle. Vnde interim antequam terminus adueniat, ſunt liberi: & poſſunt teſtari. argum. ff. de ſer. expor. l. Titius. Bal. ¶ Merum imperium liberum habent papa & Imperator: legi ſubnixum habẽt inferiores, quibus nominatim participatum eſt in parte ſolicitudinis, non in plenitudine poteſtatis. l. 1. in princ. ff. de off. eius, cui man. eſt iuriſ. Cõſiſtit merum imperium circa humanum corpus gladio materiali vel ciuili conterendo, quia homo ſumma res eſt: & ideo ſumma iuriſdictio requiritur ad hominem morti tradendum, vel capitaliter condemnãdum. Nam homo eſt creatura facta ad imaginem Dei. C. de pœn. l. ſi quis in metallum. ¶ Miſtum imperium conſiſtit circa res & actus, in quibus nobile officium iudicis uel mercenarium, decretum, vel auctoritas imploratur. Nã decretũ in auctoritatibus & officio iudicis ↄſiſtit: iuriſdictio ↄſiſtit circa actiones. uice em̃ actionũ exercet. ff. de ori. iur. l. 2. §. poſt originem. Hoc tãgit Spe. hic: & dic, ut ff. e. l. imperiũ. ꝑ G. de Cu. Cy. & Bar. ¶ Epiſcopi delegant merum imperium, quod ſemper intelligitur, quo ad cauſas ſanguinis, abeſſe: & debent committere generaliter, ſed alij prælati inferiores de iure non habent ius gladij. ver. & nota, quòd epiſcopus. G. ¶ An qui habent duas auctoritates cogantur alteram eligere. ver. ult. not. tenet ꝙ non: quia non poteſt à ſe abdicare publicam iuriſdictionem. ff. de offic. præſi. l. legatus. ver. ultimo nota. G. ¶ An præſcribatur merum imperium, ſi quis eo non eſt vſus, quia non occurrit caſus vtendi tamen fuit in poſſeſſione territorij, ut dominus vel iuſtitiarius. Et dic, ꝙ ſic. verſic. & ſunt hæc in arg. contra curiales. G. nam in iſtis incorporalibus plena poſſeſſio conſiſtit in aptitudine, ſicut in actu. ff. de ſeruitut. vrba prædiorũ. l. foramen. & ſi quis præſcribit iuriſdictionem in incolas, uidetur etiam præſcripſiſſe in forenſes, qui ibi delinquunt, Nam iſta pręſcriptio cauſat ius reale: & uelut confeſſoria contra quemlibet redditur. ff. ſi ſer. uen. ſi quis diuturno. in fin. quia in ipſum territorium uidetur ius præſcribi, cui iuriſdictio inhæret. C. ubi & apud quos. l. fi. no. hoc. probo etiam per c. dilecti. de foro compe. Bal. ¶ Faciens guerram pendente inhibitione, pertinet ad forum eccleſiæ. in ver. Guil.

## ¶ De officio omnium iudicum. Rub.

### SVMMARIVM.

1 *Notabiliter facta niſi diligenter notentur, neglecta eſſe dicuntur.*
2 *Interrogatio facta in bona fidei contractibus, tantum ualet, quãtum in ſtipulatione.*
3 *Lege deficiẽte, & contractu, iudex poteſt, quod ſibi bonum uidetur, agere.*

1. §. Quæ Ad perpetuam memoriã fiunt, diligenter proſpicienda ſunt: vt 23. diſtin. in nomine. & extr.
a de re iu. ad Apoſtolicæ. in ſuperſcriptione.[a] 1. q. 7. cõuenientibus. nec ulla temporum ſunt commutatione variãda. 20. q. 1. quæ ad perpetuam. maxime ubi ſunt poſteris ꝓfutura: ut ext. ut ecce. bc. c. vlt. in prin. Ad poſterorum ergo vtilitatem & memoriam perpetuam, hic de officio iudicis tradidi, quæ nec à modernis ſunt
b etiam contemnenda. C. de quæſtionibus. l. diuo. in fin. [b] C. de teſt.
1 iubemus ver. ſed nec aliqua. de conſecr. diſtin. 2. ſemel. † quia quę notabiliter fiunt, niſi diligenter notentur, neglecta eẽ videntur. ff. de iniur. item apud Labeonem. § ait prætor. Quia ergo de officio iudicum in ſpecie tractauimus: hic in genere de his, quæ ſpe-
2 ctant ad omnes, dicamus. † ¶ Officium ergo iudicis latiſſime patet: poteſt namq; bo. poſſeſſionem dare, & in poſſeſſionem mittere, tutores conſtituere. & iudices dare: vt ff. de iur. om iu. l. 1. & 30. q. 5. iudicantem. & ſ. titu. proxi. & tantum ualet in bonæfidei contractibus, quantum in ſtipulatione interrogatio facta. ff. de
3 negot. geſt. l. quia tantundem. ff. depoſiti. Lucius Titius. † ¶ Item, quia ubi deficit lex & contractus, iudex facit quod ſibi & de bono & æquo videtur. Inſti. loca. §. pen. quod etiam, ut late patet, ſic plenius oſtendamus. Nam quandoque proponitur principaliter loco actionis, ſeu loco principalis actionis. Quandoque vero proponitur incidenter. Quandoque impedit actionem. Quandoque detrahit actioni. Quandoque deſeruit ei. Quæ ſingula ſeriatim ſpecialiter proſequamur. Vltimo quid iuris ſit de ſummaria cognitione dicturi.

### ADDITIONES.

a Sciendum eſt, quòd ex practicis, quos nominauit auctor in Procœmio, ſoli tres de hoc tractauerũt. Primus Rof. qui parte ſecũda ſui Operis poſuit Rubricam de officio iudicis, quod datur iure actionis, & 5. poſt illam ad idem. Item poſt titu. de iurõ vaſalli, poſuit quaſi cotinue 14. Rubricas ſuper diuerſis, quæ petũtur iudicis officio. & ſic ſunt 19. ¶ Secundus fuit Vber. de Bon. qui tractatum de hoc compoſuit, in ſuo libello ante med. verſic. rogatus. vſque ad verſic. ſi criminaliter. mihi char. 6. ¶ Tertius Ioan. de Deo, qui poſt ipſum Cauil. lib. 10. per generales & ſpeciales Rubricas materiam proſequitur. & adde quod ſtatim dicam. Item ſcias, ꝙ Roffr. in certis locis & ſuper Rubrica de offi. iudi. contra colonos & adſcriptitios, verſic. ſed opponitur. improbat ſubtilitatem dicentium, quòd quando iudicis officium proponitur loco actionis, non debet in libello dici, Ago contra talem. ſed Propono vobis, &c. Horum ratio: quia iudicis officium non ſit actio. ff. de mino. ꝙ ſi minor. §. fin. contra partem non debet proponi, ſed ſolum iudici: ſed contra partem proponitur, cum agit ſuo iure. Sed ipſe de hoc non curat: quia nomine actionis ſaltem generaliſſimo, etiam officium iudicis continetur ff. de actionib. & oblig. actionis verbo. & ſic bene dicitur, Ago contra talem.
b Superſcriptione. ¶ libr. 6.
c In fin. ¶ Facit cle. de iureiur. Romani. uerſi. nos itaque. & in fine.

### SVMMARIVM.

1 *Actione ordinaria deficiente, proponitur officium iudicis, loco principalis actionis.*
*Iudex uel prælatus audita ſubditorum infamia, ad inquiſitionem exceſſuũ ſuo officio poteſt, etiam nemine petente, procedere.*
2 *Diſtinguẽdum eſt, ubi iudicis officium interponitur principaliter pro actione ad petitionem partis.*
3 *Pater agens contra filium ſibi obedire nolentem, agit iudicis officio.*
4 *Officio iudicis agitur, cum de patria poteſtate inter patrem & filium diſceptatur.*
5 *Iudicis officio agitur, cum filius petitur, qui à nemine detinetur.*
*Iudicis officium imploratur cum filius à patre petit emancipari.*
6 *Deceptus qui renunciauit iuri ſuo, & quia aduerſarius non ſeruat quod promiſit, iudicis officium implorat.*
7 *Magiſter cuiuſcunque facultatis poteſt à diſcipulo petere ſalarium, cui diſcipulus abſque pacto, uel ſtipulatione obligatur. Idem de nutricibus, obſtetricibus, medicis, &c.*
8 *Vxor timens uiri ſæuitiam petere poteſt officio iudicis ſibi caueri.*
9 *Imploratur iudicis officium, ut hæres cogatur adire hæreditatem.*
10 *Officium iudicis imploratur loco principalis actionis in quinque caſib.*
11 *Officium iudicis imploratur pro uia publica adæquanda.*
12 *Bona debitoris non ſoluentis peti poſſunt officio iudicis poſſideri, uendi, uel ſeparari.*
*Recurrendum non eſt ad extraordinarium auxilium quandiu intereſt ordinarium.*
13 *Officium iudicis quomodo competat ordinario, & quomodo delegato.*
14 *Officium iudicis ſi loco principalis actionis ad petitionem partis contra incertam perſonam imploratur, tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio.*
15 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria, ubi iudicis officium pro actione proponitur contra nullam perſonam.*
16 *Iudicis officium in quibus caſibus interponitur, etiam inuitis partibus.*

2. §. Iudicis Officiũ loco principalis actiõis ꝓponitur, cũ alia actio ordinaria deficit, & ñ ẽ actio: ut
a ĩ. §. vlt.[a] & tũc lit. ↄte expoſcit. vt ext. e. iudicis. qđ tñ ſic ĩtellige: q aut interponit ad nullius partis petitionẽ: aut ad partiũ petitionẽ aut e[...]

### ADDITIO.

a §. ult. ¶ Nunc propter additionem penultimam, de quo dicã ĩ. §. ſi. in pri[...]

a ant eis inuitis[a].† Iudicis officium loco principalis actionis ad nul
1 lius partis petitionem interponitur: cum prælatus vel iudex audi-
ta ſubditorum infamia ad inquiſitionem exceſſuum ex officio, ſi-
ne cuiuſq; petitione procedit. extra. de accuſ. qualiter. 2 & 2. q. 1.
Deus. lxxxvi. diſt ſi quid vero de quocunq;. ext. de ſimo. licet He-
li. Item cum ex officio ſuo mandat, ut quicunque ſcit veritatem,
vtrum Titius ſoluerit vſuras alicui, qui Titius iurauit hoc non de
nunciare hoc dicit. extra. de iureiur. ad noſtram 2. in fin. Idem cū
per ſe inquirit, an tutor ſuſpectus ſit de tutela. ff. de ſuſpe. tu. l. 2. §.
præterea. & j. dicam. Ad eius enim officium ſpectat, per ſe talia in
quirere. & corrigere. ff. de off. præſi congruit. extra, de off. ord. c.
j. 35. q. 6. epiſcopus. extra, de teſtib. cog. præterea. 23. q. 4 ſi is q. C.
de bo. præſcrip ſi intra. in prin. & obuiare ne fiant. lxxxvi. diſt. c. 1.
2. & 3. diſt. c. 1 & 2. ſuſpectos ab admin ſtratione remouere: vt ibi
& extra de off. dele. uenerabile 3. q. 2. quia ea. extr. de accuſ cum
dilecti. & de ſimo. licet. Item damnis eccleſiarum occurrere. ext.
de inſtit cum ueniſſent. in fi. Similiter & his quidem omnibus non
eſt litis conteſtatio neceſſaria: ſed ſunt illi exponenda capitula, ſu
per quibus inquiritur contra eum extra, ut lite non conteſt. quo-
niam frequenter. § ſunt & alii. & in præ. c qualiter. §. debet igitur
11. q. 3. eorum. vel dic, ut j. de inquiſitionib. § nūc tractemus. alias
2 nunc videndum. ver. cum igitur. & ſeq. † ¶ Si vero officium iudi
cis interponitur principaliter pro actione ad petitionem partis
petentis aliquid ſibi dari vel fieri: tunc ſubdiſtingue, quia aut con
tra certā perſonā, aut contra incertam, aut ꝯ nullam. Si ꝯtra cer-
tam tunc habet locum dec. ext. eo. iudicis, quia tunc eſt merum
officium, & datur libellus, & expoſcit lit. conte. ff. de mino. Papin
in fi. & l. patri §. 1. & C. ſi aduerſus deli. l. 1. C. in quib. cau. in integ.
reſt. non eſt ne. l. 1. C. de mino. l 3. ext. de reſtit. in inte. c. 1. Cum e-
nim loco actionis ſuccedat, vt ſ. ver. prox. ſine qua nemo experi-
tur: vt ff. de neg. ge. ſi pupilli. §. fi. 8. diſt. quo iure. extr. de iudi. exa-
minata. eius naturam debet imitari. ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui in-
iuriarum. C. de rei vxo. ac. l. vnica, ext. de ſtat. mo. recolētes. lxxvi.
diſt. noſce. & c. ſcire. licet non perpetuetur per lit. cōteſt vt in prę.
l. Papinianus. Quod autem dixi, quod expoſcit lit. conte. patet in
multis exemplis: ut ecce, primo in reſt. in inte. ſiue a minore, ſiue
a maiore ꝓpoſita. Pone enim, eccleſia alienat iuris ſolennitate ad
hibita aliquam poſſeſſionem, in qua læditur enormiter citra dimi
diam iuſti prætii: certe poteſt petere per merum officium iudicis,
vt pecunia emptori reſtituta recuperet poſſeſſionem: ut extr. de
rebus eccl. non alie. ad noſtram. & ext. de reſt. in integ. c. 1. Huiuſ-
modi enim officium iudicis proponitur à parte pro actione, &
contra certam perſonam, ſcilicet, contra emptorem: vnde debet
lis conteſtari. Item etiam in minore læſo licet ei per edictū præ-
toris ſubueniatur: ut ff. de mino. l. ait prætor. & l. patri. §. 1. & l. quod
ſi minor. §. fi. & ext. de in integ. reſt. conſtitutus. ff. de euictio. l. mi-
nor. reſpon. 1 C. in qui. cau. non eſt in integ. reſt. ne. l. 1. in fin. de ex
ce. l. exceptiones. in fi. Idem eſt in maiore cauſa Reipublicæ abſen
te: cum læſo cuilibet prætor ſubueniat: ut ff. ex qui. cau. ma l. 1. ta
men ex officio iudicis iuuat. C. ex qui cau. ma. in contractibus. Idē
etiam in reciſſoria, quæ quamuis ex beneficio prætoris competat
vt ff. eo. maiores. & l. ab hoſtibus. & C. e. l. 1. tamen officio iudicis
expeditur. Vnde dicunt quidam, quod ex edicto prætoris eſt in-
efficax, quouſque prętor viuus in eam inſufflat ſpiraculum vitæ:
b ut ff. quod metus cauſa. metum §. uolenti. Inſti. de act §. rurſus.[b]
An autem in reſtitutione in integ. ſit neceſſaria litis conteſtatio,
uel poſſit dari ꝯ abſentem? Dic vt ext. eod. ca. 2. de in inte. reſt.
3 c. 1. & c. cum ex literis † ¶ Item aliud exemplum: nam ſi pater agit
ꝯ filium, obedientiam & reuerentiam ſibi pſtare nolentem, agit
iudicis officio. xxx. diſt. c. j. ext. de ma. & ob cū inferior. C. de emē
da. prop. l. una. 2. q. 7. quæritur Item ſi pater uel mater agunt con-
tra filium uel filius contra eos pro alimentis: aget iudicis officio.
Eſt enim hic neceſſaria cognitio: quia forte negabitur pater eſſe,
vel filius. xxx. diſt. ſi quis dereliquerit. ff. de lib. agn ſi quis à liberis
reſpon. 1. & per totam l. 1. ff. de iuſt. & iure. ext. de fil. preſ. Micha-
el. ext. de eo, qui du. in ma. quam pol per adul. cum haberet. in fin.
in Auth. vt li. ma. & aui § illud quoque ext. qui fi. ſint leg. tranſ-
miſſæ. de proba. per tuas. Item ſi patronus ad inopiam vergens pe
tit ſibi per eccleſiam uel libertum prouideri. extra. de iure pa. no
bis. xvi. q. 7. quicunque. & in præ l. ſi quis a liberis §. ſolent. Item ſi
patronus petit vt libertus obſequium ſibi præſtet: uel ſi conqueri
tur ſe ab eo contemptum, uel ab eo conuitium ſibi factum, uel di-
ctum: officio iudicis agetur. ff. de offi. præ ur. l. 1. § cum patronus.
4 † ¶ Itē officio iudicis agit, cum inter patrem & filium de patria
poteſtate diſceptat, & conſtat tātum de filiatione. ff. de libe. exhi.
deinde §. 1. ff. de rei uen. l. 1. §. per hanc. C. de peti. hære. ſi putas. C.
de patria poteſtate. l. 1. & 2. ext. de conuer. in fi. c. fi. ¶ Sed quæri-
tur, an in premiſſis caſibus, ſcilicet, de patre & filio, & de patrono
[illegible]erto ſit libellus neceſſarius? Quod dic, ut j. de libel cōcep §.
[illegible]dicendum. uerſic. xxxv.[c] Sed an in eiſdem caſibus, & etiam
[illegible]tione damni infecti, de quo inf. ſubiicitur, debeat appella-
[illegible]mitti? Et quidam dicunt, quod non. ff. de appel. reci. ue nō
d l ſi res Alii contra[d]. C. de peda iud. l. placet. Ita tamen, quod pen
dente appellatione alatur qui fuerit pronunciatus alendus, ſine
præiudicio tamen. ff. de ino. teſt ſi inſtituta. §. pen. C. de ori. iur. l.
fi. ff. de teſt tu l. item. ff. de iure del. filius. & no. ff. de his qui ſui uel
5 alie. iur. ſunt. l. pe. † ¶ Item agitur officio iudicis, cum filius petitur
qui à nemine detinet. ff. de li. exhi. l. 3. § hoc autem interdictum
extra, de conuer. in fi. capitu fin. 3. q 1. redintegranda. Item implo
e ratur, cum filius petit à patre emancipari[e]. ff ſi quis à pa. fu. ma l.
fi & de cond. & de. ſi cui legatum. ver. arbitro. Item cum petunt
ſeparari bona. ff. de ſepara. l. fi. Item cum petitur ſententia pronū
ciari nulla, uel ꝓceſſus extra, de procu. in præſentia. extra, de off.
dele. cum contingat. ff. de fer l. 1.[f] Item imploratur contra hære-
dem, ut ultima voluntas teſtatoris impleatur, ext. de teſta. tua. C.
de epiſcop & cle. Auth. licet. C. de ſac. ſanct. eccl. l. 1. Item implo-
rat officium iudicis, qui p metum rem ſuam tradidit: licet ei ſub-
ueniat p edictū ꝙ met⁹ cau. ff. ꝙ met. cau. metū. §. ex hoc edicto.
Item deceptus, qui ſe ſupponit gratię capituli, ſuas literas ei tra
dendo: ſi capitulum malum cauſamentum habet ei extra, de re
g nunciat. ſane. & capitul. ueniens[g]. † ¶ Item qui deceptus renun-
6 ciauit iuri ſuo, & qui deceptus eſt, quia aduerſarius non ſeruat
quod promiſit, extra, de pact. cum pridem & de rerum per mu
tatio. cum uniuerſorum. & de præbendis. inter cætera. Item cum
aduocatus ſeu qualiſcunquæ defenſor a clientulo: uel magiſter
cuiuſcunque facultatis a diſcipulo petit ſalarium: qui ſola polli-
h citatione, nō pacto, uel ſtipulatione ad hoc obligatus eſt[h] † ¶ Idē
7 intelligas in nutricibus, & obſtetricibus, & medicis. ff. de uar. &
extraor cogn. l. 1 §. in honorariis. & per totam legem C. man. l. ſa
larium. & ff. eodem. l. ſalarium. Dic, ut ibi. extra, de foro compe.
Romana. §. nec etiam. & in hoc forma libellum, vt j. de magiſtris
Item is, qui paſſus eſt in oculis propter mala collyria, quæ medi-
cus appoſuit, & propter hoc rem ſuam uendidit: factus ſanus rē
a medico officio iudicis petet. ff. de var. & extraordin. cogni. l. me
8 dicus. & hic forma libellum, ut j. de iniur. † Item vxor timens ſæ-
uitiam viri, petet officio iudicis ſibi dari licentiam ab eo receden
di vel idoneè caueri. extr. de reſti. ſpolia. literas in fi. ext. de ſpon.
cum locum. de procu c. accedens. Item cum ſeruus conqueritur
de nimia ſęuitia domini. ff. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. j. &
2 & Inſtit eodem. uerſus finem. Et tunc libellus datur, ſi petitur;
alioquin appelletur. C. de epiſ. audi. ſi lenones. ff ſi quis a patre fu.
ma. l. final. Item cum pater ꝯquerit de malo, filio uel filius de pa-
tre duro. 2. q. 7. quæritur. Itē cū propter ingratitudinem officio.
iudicis petūtur liberti: vel etiam quæ donata ſunt reuocari. C. de
libertis, & eorū liber. l. prima, extra. de don. cap. finali. Item petit
officio iudicis, vt arbiter uel iudex pronunciare cogatur. ff. de ar
bit. l. tertia § primo. ff. de iudic. de qua re. extra, de cauſ poſſ. &
proprie. cum ſuper. Item imploratur officium iudicis, ut tutores
uel curatores compellantur gerere: & ſi male excuſati ſunt, ut re-
ducantur in geſtionem. ff. de minor. uerum §. ex facto Inſtit de ex
cuſa. tut. §. fi. quod remoueantur. C. de admi. tuto l. fi. Item implo
i ratur[i], ut caueatur de damno infecto: & pro legatis & fideicom-
miſſis præſtandis, & ſimilibus. ff. de actio. & oblig. actionis uer
bo. ff. vt lega vel fideicommiſ. nom. caueatur l. 1. & l. etiam. xvi.
quęſt. 4. neque decennij. & ff de damno infecto. l. prætoris. & l. iii.
§. hoc autem. & l. prętor. § eius. An autem hic ſit neceſſarius libel
lus, notatur, infra, lib. concept. §. nunc dicendum. uerſicu. xxx.
& verſiculo. xxxii. Item imploratur in actionibus priuatorum
criminum pro pœna imponenda. Vnde dicunt extraordinaria
crimina illa, de quibus tractatur ff. de extraordin. crimin. & de
k priuat. delict. Item imploratur[k] pro exhibendis tabulis te-
ſtamen

ADDITIONES.

a Inuitis. ¶ Exempla poſuit Vbertus ubi ſupra, & multa poſt Vincen. Phi. & Goſ. ſcripſit in Dec. 2. e. tit. poſt prin. & ex his, & ex omiſ. & his quæ poſuit Inn. ibi, & Hoſt. ibi, in ſumma huius tit. formatus fuit. tamen apertius totus iſte tractatus uſque ad ult. §. qui fuit additio, ut ibi dicam.

b Rurſus. ¶ Hic ſcripſi poſt Hoſtien. eodem. titul. capi. 2. ſuper gloſſ. 2. ante finem.

c Ver. 35. ¶ Quod ibi poſuit, fuit dictum Vber.

d Contra. ¶ Scilicet Vber. cuius ad literam fuit iſte ver. & uide j. de app. §. in quibus. uerſi. ſed nunquid quando.

e Emancipari. ¶ Quod quatuor caſibus petere poterit, quos ſcripſi de reſtit. in integ. conſtitutus. in prin.

f l. j. ¶ Hoc fuit vltimum dictum Innoc. in cap. 2. eodem. titul. in fin. magnæ gloſſ.

g Veniens. ¶ Ibi dixi poſt Vinc. quod cauſamentum eſt vulgare Hiſpanorum. in gl. uidetur. in fi.

h Obligatus eſt. ¶ Vide infra. de ſalariis. §. 2. in princip. & §. 3. verſic. is quoque.

i Imploratur. ¶ Secundum Vber.

k Imploratur ¶ Hunc, & ſex caſus ſeq. poſuit Vber.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtamenti.ff de tab.exhi.l. 1.in fin.ff.quemadmodum teſta.aper.l.2.
9 An autem libellus ſit hic dandus, dicam in præ verſicu.30 †¶ Itē
imploratur, ut cogatur hæres adire hereditatem: ut eam, uel le
gata alijs reſtituat.ff.ad Treb.reſtituta §. Titius. & l.man.& di-
uus.l.cogi.reſpon.1. & l ille à quo. §. tempeſtiuum. & l. recuſare.
& not ff. de fideicommiſ.here.pe l.2. An autem hic ſit dandus
libellus, not.in præ.verſicul.30. Item cum dominus imponit ſer
uo neceſſitatem peccandi. C de epiſcop. audi.ſi lenones. Item
imploratur ne uis fiat ei, qui in poſſ.miſſus eſt, uel mitti iuſſus eſt,
vt defendatur, ſi repellitur, uel non admittitur. ff. ne vis fiat ei,
qui in poſſ. miſ. eſt.l. 1.2. & 3. extra. de do. & contu. contingit.
Item in edicto diui Adriani proponitur officium iudicis ſecun-
a dum quoſdam. C. de edict.diui Adri. tol.l. fin. [a] Item in alio ca-
ſu.ff.ad l.Fal.l.pen.in fin Item ſi ſeruus vel filiusfamilias argenta-
riam exercuerit, pater vel dominus per officium iudicis edere co
b getur. ff.de edendo.prætor ait.§. 2. [b] & l.ſi quis. ſecundum quoſ-
dam. Idem imploratur etiam in denunciatione matrimonii. ex-
tra. qui ma.accuſ. poſſ. cum in tua. Item in crimine vſurarum,
14.quæſtion.iiii.per totum.extra. de iureiurand.ad noſtram. 2. I-
tem in quolibet crimine eccleſiaſtico, in quo ciuiliter agitur. 24.
quæſtion.3.ecce.extra de collu.crimina.22.quæſtio 1.capitu.fin.
Item imploratur, cum agitur condictione ex canone.3.quæ.j.re
dintegranda ut cum clericus dicit ſe amiſiſſe rem per violentiam
uel metum, uel dolum, uel captiuitatem, uel temporis condi-
tionem: ut ibi, & extra.de re.ſpo.ſępe. Item imploratur contra
collectores, uel dominos homines in collectis ultra uires grauan
c tes [c]. Item cum vocantur ad officia, qui excuſationem habent.
ff.de vac.mu.ſextumdecimum §.fi.C.lib. 10.quemadmodum ci.
munera.l.1.2.3.& 4. Et in hoc & in ſequenti forma libellum, vt
infra.de cenſi.Item contra colonos, ſeu adſcriptitios reditus do-
minis ſoluere nolentes: quia dubitant, an hi domini ſint.C. de a-
gri.& cenſi.litibus §.1.libr.11.Item cum vaſallus à domino inde-
bite grauatur, ſaltem ex mente iuris.ff.ſi quadr.pau. fe. di.l.1.§.
pe ff.de iu.om.iu.ſi quis id quod.C.lib.11.in quibus ca.colo.cen
ſi.l 1.& de agr.& cenſi.l.pe.& fin.in Authen.de quæſt.colla.6.Et
in hoc forma libellum, ut j.de feu §.fin.Item imploratur pro fru
ctibus rei meæ contra detinentem eam.C.de rei uend. certum. §.
bonę fidei ff eodem ſi nauis §.fi.ext.de reſti.ſpo.grauis ff. de pet.
hęr.illud § prædo.& §. ad officium.& l. ſed & ſi lege commiſſo
ria.§ ſi ante litem.Et in hoc forma libellum, ut infra de cau.poſſ.
& proprie §.notandum uerſicul porro.Item pro impenſis, ſiue
de nouo, ſiue in refectione factis.C.de rei uen.domum. ff. de pet.
hęre plane.& l.illud.§.ad officium.Item pro vſura in bonæ fidei
iudiciis: in his, quę imitantur iudicia bonæ fidei, ſicut in legatis.
C.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt ne.in minorum perſona.C de
uſu.uel fru.le.& fidei.l.1.2.& 3.& ff. de uſu. vſuræ. Et in hoc for
10 ma libellum, ut j.de uſu.†¶ Item imploratur [d] loco principalis
d actionis in quinq; caſibus.Primus contra turbantem mihi uſum,
quem habeo percipiendi, uel hauriendi, uel ducendi aquam qa:
non permittit vti, uel forte amouit vſum aquę, uel ipſam aquam
quo caſu iudex per officium ſuum faciet me retinere uſum aquę,
coercens factum aduerſarij, & rei competentem formam dans.
Et intellige quod habebam illum uſum non iure ſeruitutis: quia
tunc competeret confeſſoria.ff.ſi ſerui.uend.l. 2.& l.ſicuti.§. Ari-
ſtot. & ff.de ſerui.quoties.Secundus, contra inſtituentem inciui
liter, id eſt, non de iure ciuili, riuum ſeu ſeruitutem aquæ per
prędium meum In hoc etiam caſu competit mihi negatoria dire
cte, ſi ſim directe dominus prędii: uel vtilis, ſi utiliter ſim domi-
nus.ff.ſi ſer.vend.l.2 ff de pub.l.ſi ego.Si uero nec directe, nec uti
liter ſim dominus: tunc ualde neceſſarium eſt officium iudicis
Tertiuus, contra detinentem equam meam, penes quem cōcepit
& peperit: petam enim officio iudicis tam equam quam fœtum.
licet enim in hoc caſu mihi competat directa rei vendicatio &
e Publiciana: ut in prædict.l.ſi ego.ff.de uſu.equis. [e] ff. de uſuc. l.ſi
aliena.§.Scęuola.Quartus contra mittentem animalia in ſegetes
meas: & maxime cum ſunt in herba, uel in vineam: licet & hic a-
f liæ competant actiones: ut not. de iniur.Quintus, cum plurimi
homines, qui per plura loca debent diſtribui [f]: quia forte mutā-
tur de loco ad locum, ut Saraceni diſperſi in Sicilia, mutati ſunt
in Apuliam: ut C.lib.x.de iure fiſ.l.certa.in meum agrum collo-
cati ſunt.Per iudicē enim tunc fiet æqua diſtributio. Hi quinque
caſus ſunt ff.de var.& extraor.cog.de uſu.Et in his quinque caſi-
bus concipies libellum, ut infra.de cau.poſſ.& proprie.§ priua-
11 ta.verſicul.ſed & ſine.† ¶ Item imploratur officium iudicis ſeu
magiſtratus, ſi via ciuitatis, quæ eſt prope domum alicuius, fa-
cta eſt arctior, uel anguſtior, uel eſt clauſa, ita ut publicus com-
meatus impediatur, uel ſi facta eſt affluxior: quare expedit domi
no domus, ut debeat adæquari: uel ſi ſic impedita eſt, ut non
poſſit tranſiri, niſi fiat pons: cogetur enim vt eum faciat, uel qđ
ſic paretur, ut aqua poſſit labi: uel etiam ſi uia fodiatur, uel ali-
quid ibi fiat, propter quod non poteſt tranſiri, uel vehiculum du
ci: uel ſi morticinia ibi proiiciantur, vel ſtercora, uel alia immun
da. ff.ne quid in loco pu. fi. l.2.§.hoc interdictum tantum. tunc
etiam competunt interdicta: ut infra.de cauſa poſ.& proprie. §.
quia vero.uerſicu.cæterum.& ſeq Item contra eum, cui relictū
eſt legatum, ut filium ſuum emancipet: nec vult emancipare, co
getur enim ad hoc extraordinariè, id eſt, officio iudicis.ff.de con
g di.& demon.ſi cui legatum [g].†¶ Item bona debitoris non ſoluē
12 tis petuntur officio iudicis poſſideri, & uendi, uel ſeparari: ut ff.
& C. de bon. auth. iu.poſſ.extra.ut lite non conte.quoniam §. in
alijs.Super quo forma libellum, ut infra.de eo, qui mit.in poſſ.
Item imploratur officium iudicis à creditoribus, ut conſtituatur
curator bonis eius, qui bonis cedit, uel qui ſine hærede decedit,
uel etiam cum hęrede, qui tamen non vult hæreditatem adire,
vt per eum bona uendantur, & creditoribus ſatisfiat: ut ff.de cu.
bo.dan l.1.in fin.In his igitur caſibus. iudicis officium directe, ſeu
loco principalis actionis proponitur ad petitionem partis contra
certam perſonam: & eſt merum officium: unde expoſcit litis cō
teſtationem, ut dixi. Videtur tamen hoc fallere in denunciatio-
ne, quam quis proſequitur, ubi non videtur litis conteſtatio ne
ceſſaria extra.de dolo & contu.cum dilecti.extra.vt lite non con
teſt.quoniam § ſunt & alij.extra.de accu.qualiter.2 § debet.Sed
dic, quod tunc debet lis conteſtari, & ordo iuris ſeruari: ut no.
ext.de purg.ca.cum dilectis. & j.in titu.de inquiſit.§.nunc tracte-
mus uer.ſi autem inquiratur. Sed opponitur: nam in multis ex-
preſſis caſibus certæ competunt actiones: & quandiu ſupereſt or
dinarium auxilium, non eſt ad extraordinarium recurrendum:
vt ff.de mi.in cauſæ.in princip.ſed illud verum eſt in cauſis mino
h rum [h].In alijs autem caſibus licet aliæ competunt actiones, nihi-
13 lominus tamen & iudicis officium imploratur.†¶ Et nota quod
hoc officium competit ordinario principaliter & incidenter: ſed
delegato incidenter, uel etiam principaliter, ſi hoc ei principa-
liter committitur.extra, de in inte.reſt.cap.pe.Item officium hoc
datur fauore perſonæ, non rei.vnde poteſt computari inter per-
ſonales actiones, & non inter reales: cum imploratur a minore,
14 vel eccleſia, uel etiam a maiore † ¶ Porro ſi officium iudicis lo-
co principalis actionis ad petitionem partis contra incertam per
ſonam imploratur: tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſed
res iudicis officio expeditur, quod in caſibus ſequentibus patet:
vt ſi mihi furtum fit, & neſcio per quem, ſacerdos, me petente
ex officio ſuo poteſt excommunicare furem incertum. extra. de
off.or.cap. 2.Item in eo, qui famoſum libellum clanculo proie-
cit. 5.quæſt.1.quædam.Item quandoque petitur dari tutor pupil
lo, uel curator minoribus xxv.annis, maioribus tamen xiiii.an-
nis.Inſtitu.de cura.per totum.ff.de poſtu.l.1 ad fin.& l.ſeq.uide-
tur tamen hic peti contra certam perſonam, quia certa perſona
debet aſſignari ab eo, qui petit tutorem uel curatorem. C. qui
petant.tut.l 2.& per totum tit Sed dic ꝙ nihil petitur ab eo, quē
nominat: vnde in talibus non eſt dandus libellus, niſi iudex dicat,
i ſcribe tuam petitionem: vt ſuper ea deliberemus [i].ſic 7.q.1. quali
ter.& c.quamuis.& § e. ce hic.Item quando petitur dari curator
bonis.ff de cura.bonis dan.l j.& fi.Item quando epiſcopo impo
k tenti petitur dari coadiutor.ext.de cleri.ægro.ex parte [k]. Item n
officium iudicis pro tribunali ſedentis petat ſe mitti quis in poſ-
ſeſſionem bonorum ex teſtamento vel ab inteſtato. ff. de bon.
poſſ. ſed cum patrono. §. bonorum poſſ. ff. quis ordo in bon.
poſſ. ſerue.l.utile.§.dies.ff.de ſuc.edic.l.1.§.edictali.Nam enim ui
detur in hac petitione certa perſona nominanda. Sed ſi is, qui
credit

## ADDITIONES.

a l.fi.¶ Vt ibi no.in gl.ſigillorum.
b §.2. ¶ Et 3.ubi de hoc.
c Grauantes.¶ Et quomodo iſti ad reſtitutionem teneantur, uide per Hoſt in Sum.de pęn.§. fi.uer.ſed quid de quæſitis.& uer.ſeq.
d Imploratur.¶ Verba Roſ.ubi rubrica de offic. iudic. per quod vſum aquæ retineo. ¶ Adde, an ex ſola æquitate naturali implorari poſſit officium iudicis, uide Socin.conſil.164.inc.viſa bulla.col.v.ver.non omitto. in 2. uol. Henricus Ferran.
e Equis. ¶ Exponitur, id eſt, equabus, & in l. ſequenti bos ponitur pro vacca.
f Diſtribui.¶ Forſan in exercitu, dicit ibi gl.
g Legatum.¶ iſte §.eſt unus de quatuor caſibus, ad quos ſ.remiſi.
h Minorum. ¶ Supple, & eccleſiarum, ut ſcripſi eodem.titul.capitul.2. ſuper princip.2.gloſſ.¶ Adde Bartol.in l.in prouinciali.§.ſi uero.in 2.colum. verſicul.contra iſtud.ff.de oper.noui nuncia.ubi quod quando auxilium extraordinarium eſt mihi vtilius quam ordinarium, ut quia nimis grauior: ꝙ tunc poſſum uti extraordinario. Et ibi an remedium ordinarium tollat extraordinarium, quando extraordinarium eſt facti: & quid quando utrunq; eſt iuris.Hen.Ferran.
i Deliberemus.¶ Secundum Vber.cuius fuit iſte uer.quem etiam poſuit Io. de Deo.
K Parte. ¶ Sed hoc dic, ut de clerico ægr.c.uno.lib.6.

credit læ ſi. contradicat, tunc admittetur. ff. de adop. l. nam ita. C.
quorum bonor. l. 1. in fin. & l ſequent. extra, de offic. archiepiſco.
ad hæc. ff. de aqua plu. arcen. l. 3. & C. de cur. fur. l. fin. §. 2. C. qui ad-
mit. ad bon. poſſ. l. pen. 12 q 2. non liceat. ext. de reb. eccleſi. non
a alien. ſi quis presbyterorum. Item [a] quando petitur vt interdica-
tur alicui adminiſtratio propriorum bonorum, tanquam prodi-
go: hoc ſolo officio iudicis petitur, vnde nec libellus datur, niſi vt
ipſe deliberet, ut prædixi: li et concedam eos, qui læduntur vocã-
b dos, uel ſaltem ad contradicendum admittendos. [b] C. ſi minor ſe
ab hære. abſti. Auth. ſi omnes. C. de liberali cauſa. principaliter. ff.
de mino. etiam §. ſi. ff. de cur. fu. obſeruare. Minor ergo, qui petit
reſtitui, vt ab hæreditate abſtineat, non dat libellum. Alii dicunt,
quod ſi minor ſe uelit defendere, quòd nõ ſit dandus curator, da
bitur libellus, quia ab eo petitur iudicis officium, vt ceſſet ab ad-
miniſtratione rei ſuæ: ſicut cum tutor ſuſpectus accuſatur. Item
reperitur officium iudicis, quòd iudex per ſe intentat, & exequi-
tur ſine aliquo per tore: vt in remouendo tutorem ſuſpectum,
de quo ſibi conſtat: & in inquirendis criminibus, de quibus eſt pu-
15 blica fama: ut dixi s̃. in prin. huius tit. † ¶ Si verò iudicis officium
pro actione proponatur cõtra nullam perſonam, eodem modo
non eſt neceſſaria litis conteſtatio; vt ſi inſtans, qui nõ poteſt po
ſtulare, niſi pro ſe, & pro certis perſonis petit in integrum reſti-
tui ad famam ff. de poſtul l. 1. & 3. quæſt. 7 infamis §. tria. uerſic.
alii enim omnes. Item quando petitur electio concors confirma-
ri ext. de elect. poſtquam. 47. diſtinct de Petro. 21. quæ. 1. relatio.
Hoc enim contra neminem petitur, ſed ſolius iudicis officio con
firmatur, vel infirmatur. eod. titu nihil & cap. cum nobis. ibi, du-
c ximus officio noſtro, &c. [c] Item cum minor, qui damnoſam adiit
hæreditatem, petit reſtitui contra factum ſuum, ut ſibi liceat ab-
ſtinere. C. ſi minor ſe ab hære. abſti. l. vna. & Authen. ſi omnes.
ff. de cura. bon. dan. l. 1. Sed iſte caſus poſſet poni s̃. in præcedenti
membro, quando contra incertam perſonam. Item generaliter
ꝯtra nullam perſonam imploratur, quoties aliquid, quod petẽti
prodeſt, & nulli obeſt, petitur. C de preci. Impe. offe. reſcripta. q̃
16 eſt 25. queſtio. 2. † ¶ Inuitis quoque partibus interponitur offi-
cium iudicis: vt ſi quis contraxit cum conſanguinea, & nolit ſe ad
monitionem epiſcopi ſeparare, vel teſtes ſuper matrimonio pro
d ducere: quia tunc poteſt eos inuitos epiſcopus excommunicare.
extra, de offic ordin ſignificauit. [d] Item ſi uir & vxor ſe prætextu
conſanguinitatis ſine iudicio eccleſiæ ſeparant, epiſcopus de hoc
etiam inuitis eis, vel conſanguinitatem confitentibus, ex officio
ſuo inquiret. extr. de diuor. porrò in fin. extr. de eo, qui cog. con-
ſang. vxo. ſuæ. ſuper eo. Item ſi ſuper beneficio ſit appellatum,
& neutra pars uult proſequi, ſed differt vſq; ad annum: ſuperior,
ſi videat ex dilatione eccleſiæ periculum imminere poteſt parti-
bus ex officio ſuo terminum præfigere. extra. de appellat. oblatæ.
in fi. Idem poteſt dici in ſacerdote poſtulante, quem inuitũ iudex
e repellet. ext. de poſtu. c. fin. ff. eo. quos prohibet. 14. q. 4. denique.
Idem poteſt dici in excommunicato [e] & alijs: quod dic, ut j̃. §. im
pedit. Quòd etiam inuitis omnib. officium iudicis interponatur t
probatur. ff. de poſtu. l. 1. ext. vt eccl. benef. capi. vnico. ver. nos, v
prædiximus. & 2. q. 7. alieni. vbi de hoc.

### ADDITIONES.

a Item. ¶ Secundum Vbert. cuius fuit quod ſequitur vſq; ad ver. ſi verò.
b Admittendos. ¶ An autem ad hanc ꝓdictionem admittatur excommunica
tus. plenè ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. de excep. c. cum inter in gl. dixit hoc In-
noc. ver. quid de illo.
c Noſtro, &c. ¶ Super hoc vide quod ſcripſi de ordi. cog. c. 2. in gl. hãc exce-
ptionem. ver. hæc etiam exceptio locum non habet. & de cauſa poſſ. cum
eccleſia. ſuper gl. 2.
d Significauit. ¶ Hodie ſi ſcienter contraxerunt, excommunicati ſunt ip-
ſo iure, per cle. de conſang. & affini. eos, qui. & prælati denũciare tenentur,
vt ibi.
e Excommunicato. ¶ Quem non ſolum iudex eccleſiaſticus ab hoc repellit,
ſed cogit etiam iudicem ſecularem ad id, de ſen ten. excommu. decernimus.
lib. 6.

### Officium iudicis, quibus modis poteſt incidenter implorari.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis incidenter proponitur quandoque in modum exceptionis,*
*ndoque in modum replicationis.*
*ium iudicis proponitur per modum exceptionis.*
*or petens reſtitui directe, dare debet libellum.*
*ium iudicis vicem obtinet actionis: imò ſimpliciter inſpecta diffinitio-*
*ctionis dicitur actio.*
*orans beneficium epiſtolæ diui Adriani, qua ratione dabit libellum.*
*llus videtur ſuper qualibet exceptione dandus.*

a 3. §. Incidenter quoq; poteſt officium iudicis implo
rari: [a] ut ext. de in int. reſt. c. cauſa. nec
eſt tunc litis conteſtatio neceſſaria, uel libellus: ut ecce, ſi agitur
rei uendicatione re uſucapta poſt litem conteſtatã, iudex ex offi-
cio iubet incidenter caueri, quod reus non pignorauerit rem pe-
titam, uel ꝙ non manumiſerit ſi ſeruus uendicabatur. Inſtitu. de
offi. iud. §. ad exhibendum. ff. de nox. act. ſi quis hominem. §. quan
tum ff. de rei uen. l. ſi poſt acceptũ. Item pignoratitia actione pro-
poſita iubet incidenter caueri de dolo. ff. de pigno. act. creditor.
Item incidenter petitur reſtitutio ad aliquam probationẽ in prin
cipali cauſa omiſſam. ext. de in integ. reſtit. cum ueniſſent. & c au
1 ditis. & c ex literis † ¶ Vt autem hoc plenius uideas, dic ꝙ officiũ
iudicis incidenter quandoque proponitur in modum exceptio-
nis: quandoque uero in modum replicationis. Officium iudicis
incidenter in modũ exceptionis proponitur: ut ſi minor, qui alie
b nauit [b] pecuniam mutuo acceptam, excipit contra creditorem,
ꝙ nullam inde habuerit utilitatem: unde petit ſe reſtitui. C. ſi ad-
c uer. cred. l. 1. ff de min l. patri pro filio. §. fin C. ſi aduer. delic. l. 1. [c]
Item ſi epiſcopo petente in aliqua eccleſia ſubiectionem, lata eſt
ſententia contra eccleſiam, quam cum petit epiſcopus confirma
ri, excipit eccleſia, ꝙ non eſt confirmanda: imo petit reſtitui pro-
pter probationem omiſſam. ext. de in inte. reſti. c 2. & c. ſuſcitata.
Item ſi is, à quo res uendicatur, excipit, quod eam ex neceſſitate
diſtraxit: quia erat tempore peritura: uel etiam fructus, ne corrũ
perentur, officio iudicis ei ſuccurritur, ut ſolum ad pretium te-
2 neatur. ff. de rei uendica. l. item ſi uerberatum §. 1. † ¶ In modum
d etiam replicationis officium iudicis proponitur. [d] nam & repli-
catio eſt exceptio. ff. de excep. l. 2. Inſtit. de replic. extra. de excep.
dilecti filij S. & P. & cap. dilecto. & cap. ſignificauit. Verbi gratia,
minor egit rei uendicatione ad domum: uel conuenit debitorẽ:
exceptum fuit de præſcriptione: tunc quaſi loco replicationis mi
nor petit reſtitutionem officio iudicis contra illam præſcriptio-
nem C. ſi aduer. uſuca. l. unica ff. de procurato. qui proprio. §. itẽ
quæritur ff. de mino etiam. C in qui. cau. in integ. reſtitutio. non
eſt ne. l fin. in fin. Idem etiam dicendum eſt, ubi opponitur exce-
ptio iuriſiurandi, uel rei iudicatæ, uel pacti: & ubi actio ipſo iure
ſalua remanſit, licet inefficax, per dictam exceptionem. ff. de rei
uen. l. 1. C. de pac. l. pacta ff. de pact. ſi unus. §. pactus. Debet igitur
minor intentare aliquam actionem, uel cauſam prætẽdere: & ſi
non opponitur exceptio, quod quandoque contingit: ut ff. de
publi ſi quis in fin. C. ſent. reſcin. non poſ. l. 2. non habebit locum
replicatio. extr. de re iudic. inter monaſterium. & ſic obtinet ſine
reſtitutione. ff. de rei uend. officium in prin. Si autem opponitur
exceptio à debitore, interueniat replicatio minoris ętatis, & reſti
tuetur, ut dictum eſt, argum. ff. de iureiur. nam poſtea. §. ſi minor.
extr. de except dilecti. C. ſi aduer. rem iu. l. 1. C ſi aduer. trãſac. l. j.
3 & 2. † ¶ Sed quæritur, an in præmiſſis caſibus minor dabit libellũ,
cum petit reſtitui principaliter uel incidenter? Et dico quod cũ
directe petit reſtitui, tunc dabit libellum extra. eod. cap. 2. 3 q. 3.
offeratur. extr. de li. obla. c. 1. 2 q. 1. legum. C. ſi ſæp. in integ. reſtit.
poſt. l. 2. in fin. ubi dicitur agant: ergo detur libellus & l tertia. &
4 C. ſi aduer. cre. l fin. ibi, ſolenniter, &c. † Officium enim iudicis ex
toto tunc vicem obtinet actionis. argumen. ff. de act. & ob. actio-
nis. imò videtur ſimpliciter actio inſpecta diffinitione actionis.
C. de eden edita. Inſti de actio. reſponſ. primo. ſine qua nemo ex-
peritur. ff. de neg. geſt. ſi pupilli ff. de peti. hære. ſi quid. § illud. Ta-
men non eſt actio, ſed quaſi: quia loco eius datur. Si verò exci-
piendo uel replicando reſtitutio ſeu iudicis officium poſtulet. ſe-
cundum quod dicitur. ff. de procurato qui proprio. § item quæ-
ritur. Tunc non debet dari libellus. niſi in formam petitionis ad
inſtructionem iudicis, & non in modum libelli, ſecundum Ioã. de
e Deo: [e] ſicut nec in alijs exceptionibus. vel replicationibus. Vbert.
autem de Bob. dixit hoc verum eſſe in aliis exceptionibus, quæ à
iure communi competunt: ſed hic dixit dandum libellum. Nam
hoc beneficium eſt implorandum: & idcirco eſt libellus dandus,
cum à iudice poſtuletur: quia forte pronunciabitur ſuper hoc: vt
no. C. de or. iu. l. 1. ff. de mino. intra. reſp. 1. De hoc j̃. in tractatu li-
f bellorum de reſt. in inte. §. 1. ver. porrò. [f] Quid ſi is, ꝯ quem peti-
tur, contumaciter ſe abſentat? De hoc j̃. de in integ. reſt. §. 2. verſi.
5 vlt. † ¶ Et ſecunndum præmiſſam rationem videtur, ꝙ implorans
beneficium epiſtolæ diui Adriani, dabit libellum ff. de fideiuſſor.
inter

### ADDITIONES.

a Implorari. ¶ Vide quod de hoc incidenter ſcripſi poſt Inn. e. tit. c. 2. in fi.
b Alienauit. ¶ Vber. qui poſuit hoc dictum: vbi s̃. in prin. dixit, diſsipauit.
c l. j, ¶ Per eaſdem leges dixit. vbi idem generaliter cum conuenitur ex con-
tractu, quem conſtat factum cum minore ætate, & in quo læſus eſt.
d Proponitur. ¶ Iſte ver. & ſeq. quaſi ad literam, fuit Vber. vbi s̃.
e Ioan. de Deo. ¶ Addit cum aſsignatione cauſæ in ſuo lib. parte 2. ti. quibus
caſibus lib. dari non debet.
f Porrò. ¶ Corrige primo ibi in fin. allegat hunc verſ.

inter eos.in prin.qđ dic, ut ĵ.de li-concep §.nunc dicendũ uer.
28. Vel poteſt dici libellum eſſe dandum, in quocunque caſu id
petatur.C.de re iud.geſta ff de teſti.l.curent ff.de fi instr.in re.C.
de app.nec cauſas.in fi.C.ut lite pen.l.2. Finaliter autem dixit idẽ
Vber.ꝙ detur ad iudicis inſtructiõem, ut dixi.Faciat enim ſcribi
minor, quomodo petit reſtitui: & licet officium videat extraor-
dinarium auxilium, vt ff.de min.in cauſæ.in prin.tamen eſt in for-
ma iudicij agendum. arg.ext.de accuſ.qualiter. 1.& 2 De hoc ẽt
6 no.in præ.§ nunc dicendum. ver.8. † ¶ Secundũ canones tamen
videtur ſuper qualibet exceptione dandum eſſe libellum: quod
dic, ut no.ĵ.de excep.§.viſo.uer.ſed nunquid.Item cum petit̃ re-
ſtitutio, eſt danda dilatio, ſi petat̃: ut ĵ.de in integ.reſt.§.qualiter.
in fi. Hoc autem ſciendum eſt, ꝙ incidenter implorat̃ officium
cuiuſlibet iudicis ad reſtitutionem faciendam, non tamen princi-
paliter.ext.de in integ.reſt.c.cã.ff.de mino.in cauſæ. & ĵ.de reſti.
in integ.§. uidendum. Item alia exempla potes ponere. quando.
incidenter proponit̃, ad vtrunque membrum facientia: ut ext.
de in integ.reſt.c.auditis.& c.ſuſcitata & c.coram.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis an impediat actionem.*
2 *Iudex non repellens exeommunicatum actorem ex officio, an reus hoc potetit appellare.*
3 *Infamis vel hæreticus poteſt à iudice ab actione repelli.*
*Iudex quos ab actione poſſit repellere.*

1 4.§.Impedit quoque † officium iudicis actionem, ſiue
in principio cauſæ, ſiue in medio: & hoc
ſiue ad inſtantiam partis, ſiue proprio motu iudicis: ut patet in
publice excommunicato, quem ex officio ſuo ſiue petitione par
tis poteſt iudex quandocunq; repellere ab agendo, vel teſtifi-
cando, uel aduocando, & ſimilibus, ꝓpter periculum communi-
onis: nec fiet ſuper hoc litis cõteſtatio. ext. de except. exceptio-
a nem.in fi.& c.pia[a]. §.fi extra, de off.dele.prudentiam.§.ſexta. [b] †
b ¶ Quid ſi iudex non repellit ex officio actorem excõicatũ: nun-
2 qnid reus ex hoc poterit appellare? Reſp.non.licet iudex male fa
cit.tunc enim poteſt appellari cum grauat, uel exceptionẽ pro-
poſitam non admittit.ext.de appel.ut debitus.& c.dilecto.quod
c non eſt hic[c]. † ¶ Item poteſt repellere eodem modo infamem,
3 vel hæreticũ.2.q.7.alieni. in Auth. de teſti.§.ſcimus. C.de quæſt.
d ſeruos.Item militẽ procuratorem.ff.de ꝓcu. filiusfa §. milites[d].
C.eo.ti.militem.& hoc propter publicã vtilitatem, ut armis in-
tendant.C. loc.milites. C. de iure delib. ſancimus.in prin.Item a
lias indignum.ff. de poſtu-l.1.in prin. Item prohibitum poſtula-
re.ff.eo.quos prohibet.& in ſimilibus caſibus.

ADDITIONES.

a c.pia. ¶ §.fin.lib.6.Za.
b Sexta. ¶ Vide quod dixi ſ.§.1.in fine.
c Eſt hic. ¶ Hoc fuit dictum Petri, vt ſcripſi de exceptio. exceptionem.in fine.
d Milites. ¶ Verſic.eſt ſub §. veterani.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis detrahit actioni, vt non ſit neceſſaria litis conteſtatio neque libellus.*
2 *Compenſatio plerunque facit, vt quis minus conſequatur, quam ſibi debetur.*
3 *Iudicis officium actioni detrahit in expenſis aliquando á malæ fidei poſſeſſore factis.*

1 5.§.Detrahit etiam actioni † officium iudicis, id eſt, di-
minuit actionem, nec eſt neceſſaria litis
conteſtatio, neq; libellus: & quandoq; ꝑ ſe, quandoq; ad petitio-
nem partis. Per ſe officium iudicis detrahit, vt cũ in quarta Tre-
bellianica & eius fructibus mandat computari fructus perceptos
poſt litem conteſtatam de hæreditate, quæ ſubiacet reſtitutioni:
ut ext.de teſta.c. Raynutius. uer.in eo uero quod quartam. Item
quando detrahit ex hæreditate filij emancipati expenſas factas à
parte pro militia filij.ff.de pet.hære.l.fi. Ad petitionem uero par-
tis detrahitur patet exemplũ ext. de teſta Raynutius.uer.dictus
uero.in hoc quod ibi ad petitionem partis iubet detrahi tertiã &
quartam, priuſquã hæreditas reſtituatur. Eſt & aliud exemplum
ut ſi caſu fortuito colonus graui damno vitio rei, nõ ſuo afficia-
tur: eo enim petente fiet remiſſio penſionis.ext.de loca.propter.
a ff.eo.ex conducto.§.1. Item detrahitur [a] quandoque actioni in
2 expenſis propter cõpenſationem, quæ opponitur. † ¶ Compen-
ſatio enim plerunq; facit, ut minus quis conſequatur, quam ſibi
debetur.Inſtit.de act.§.pe. habendo reſpectum, ne reus egeat in
caſibus.arg.ff.de rei ven. item ſi verberatum. Inſtit.de actio.in fi.
3 ext.de depo.c.bona fides.in fi. † ¶ Item detrahit actioni in expẽ-
ſis factis aliquando à male fidei poſſeſſore: vt ff.de pet.hære.l.mi
les.C.de rei ven.domum.

ADDITIO.

a Detrahitur. ¶ Ad hæc fuerunt verba Vberti.

*SVMMARIVM.*

1 *Deſeruit officium iudicis in actionibus bonæ fidei, & quæ ex teſtamento deſcendunt.*
2 *Officium iudicis communiter deſeruit poſt litem conteſtatam, etiam in actionibus ſtricti iuris, quo ad naturales obuentiones.*
3 *Vbi agit iudicis officio deſeruiente, non iure actionis, nõ fit litis cõteſtatio.*
*Lite non conteſtata proceditur contra abſentem.*
4 *Libellus quomodo, & qua ratione ſit dandus in iudicis officio.*
5 *Officium iudicis deſeruiens, quare non tantum valeat, quantum vbi tenet locum actionis.*
6 *Iudicis officium quando incipiat deſeruire.*
7 *Lis incipit a citatione.*
8 *Iure actionis veniunt ea, quæ ante litis conteſtationem fiunt, & in libello peti debent.*
9 *Agens contra aliquem rei vendicatione poteſt iudicem requirere, vt illum officio ſuo ciet.*
10 *Iudex ex officio ſuo facit libellum ineptum emandari, & actionem mutari. ne ipſe & partes inutiliter laborent.*
11 *Iudex ex officio poteſt æqualitatem facere inter aduocatos, ne omnes boni vna ex parte conſiſtant.*
12 *Duorum accuſare uolentium eligendus eſt magis idoneus.*
13 *Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit.*
14 *Officium iudicis in quibus deſeruit actioni, etiam poſt litem conteſtatam.*
15 *Ea quæ poſt litem conteſtatam accidunt, maxime ſpectant ad officium iudicis: & ut plurimum quæ ſint.*
16 *Iudex tanquam ſeruiens & miniſter ex officio ſuo interponitur, ſeu mouetur in ſententiæ prolatione.*
17 *Actio propoſita, ſi eſt euidenter inepta, poteſt eam iudex ex officio ſuo ſtatim talem proferre, & libellum lacerare.*
13 *Libellus ineptus, ſi per iudicem ſit admiſſus; an reus condemnabitur ad faciendum quod petitur.*
19 *Proponens coram delegato actionem ineptam, ſi ſuccumbit, an poterit coram eo aptam proponere.*
20 *Clericus ſi contra laicum & coram iudice ſeculari proponit actionem ineptam, & ſuccumbit, poſtea autem a ſede Apoſtolica impetrat literas ſuper eadem cauſa, volens aptam proponere, an ualeant literæ.*
